



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

Valiero, Agostino

Coloniae, 1582

Locus à simili. Cap. XXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)

quitatem facit, & peccatū est iniquitas. Facilius exemplū afferamus: Virtus est amanda, amanda igitur est charitas: proximi sunt diligendi, ergo inimici diligēdi sunt, cum, vt S. scribit Pontifex Leo in sermone de ieiunio, proximi non ū tantū intelligendi sint, qui nobis amicitia & propinquitate coniunguntur, sed omnes prorsus homines, quibus cum natura nobis communis est. A specie ostendi potest, peccata miseros homines efficere, quia adulterium, homicidiumq; à Deo homines separat, quæ maxima est putanda miseria.

Locus à simili.

Cap. XXXII.

SIMILIVM comparatio est admodū frequens, & hunc in modū adhibentur argumenta: Vt morbi corporis grauiores sunt, qui non sentiuntur; ita peccata, quæ contemnuntur: vt agra corpora quanto plenius nutris, tanto magis ledit, vt scripsit Hippocrates: ita deteriores efficiuntur, qui impura conscientia sanctissimum Eucharistia Sacramentū audent sumere. Elegans & illustris admodū similitudo est apud Esaiā, qua Deum agricolæ similem dicit: vt enim agricola interdū arat, interdū seminat, interdū excutit, interdū colligit fructus; ita Deus nunc corripit, nunc tuetur, nunc punit, nunc miseretur. Similitudines, quæ ex libro Prouerbiorum, & ex sanctis Euangelistis, et in vniuersum ex sacris literis colligi possunt, afferre, esset hominis abutentis ingenio, & ostentantis non admodū difficilem obseruationem. S. Chrysostomus in oratione de orando Deo, ita argumentum à simili adhibuit; Quemadmodū vrbs, qua mētib;

bus &

bus & propugnaculis careat, facilè in hostium potestatem venit; ita animam, quæ precibus munita nõ sit, nullo negotio redigit diabolus in ditionem suam.

Locus à dissimili. Cap. XXXIII.

DISSIMILITVDINES pleraq; explicantur in libro Prouerbiorum: Iustorum, inquit, semita, quasi lux splendens, præcedit, et crescit ad perfectã diem: via impiorum tenebrosa. Nos, qui breuitatem habemus propositam, quomodò hic locus à dissimili, possit ad vsum reuocari, dicamus: Hæreticorum est, ab Ecclesia sancta recedere, noua dogmata consingere, doctores scholasticos cõtemnere; nos catholici, Ecclesiã sequi magistrã, vetustatis castissimos limites nõ transire, scholasticos doctores venerari debemus. Alia etiam ratione: Sapientes huius seculi plerunq; ita vixerunt, vt eorum vita à præceptis, quæ alios docebat, discrepãrit: nos qui in Christiana & celesti philosophia versamur, demus operã oportet, vt quæ docemus, exemplo & vita sanctitate comprobemus.

Locus à contrario. Cap. XXXIIII.

SEQVITVR locus à contrario, cuius magnus est vsus, siue aliquid confirmare aut refellere, siue probare & illustrare Ecclesiasticus orator studeat. Quatuor sunt contrariorum genera; Aduersa, vt Ciceronis verborum, priuantia, relatiua, (hoc liceat vti vocabulo, vt facilius res explicetur) & contradicentia.

Ab Aduersis.

Ab Aduersis Ecclesiasticus orator sic poterit argumentari. Superbiam, peccatorum omnium matrem scimus

mus